THEOLOGISCHE SAMMELHANDSCHRIFT

Entstehungsort unbestimmt, 14. Jh.

Seite 199v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35467
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

suo suscepit / qui cothus
superuenientibus abscondit /
et sic eorum vitam saluauit. Cer-
tum gothorum regi perfido nun-
ciatum esset: succensus contra
eum, ursum et leonem
diu sine cibo permisit / et
episcopus eis ad deuorandum
proicitur / tunc episcopus deduc-
tus in medio est ad spec-
taculum omnium. ursus et leo
ceperunt adorare episcopum. ut
videretur quanta virtus esset
hospitalitatis. **De sup-
pliciis inferni.**

Quidam vir prius
quam heremum intraret
morte preueniente defunc-
tus est, sed per angelum cor-
pori restitutus / inferni se
supplicia et flammas cru-
delissimas se vidisse nar-
rauit / qui cum deductus
esset / ut in eas mergeretur /
subito angelum choruscan-
tem uidit. qui eum per ignem
nigrum permisit. Qui dixit.
egredere / et qualiter viuen-
dum sit in seculo / diligenter atten-
de. Post hec uero membris
tabescentibus narrauit que
vidit. Tantis se vigiliis
et ieiuniis constrinxit, ut
initium et opera anime non
videret. Qui et quosdam seculi
potentes in flammis se ui-
disse narrauit. **De cui-
dam morte subitanea.**

Quidam curialis quondam
iuuenculam ex baptis-
mate suscepit / et inebria-
tus filiam suam secum mane-
re rogauit / eamque eadem noc-
te oppressit. in mane ad bal-
neum iuit, si sic peccati macu-
lam deleret / ecclesiam si non intra-
ret etiam timebat ple-
bem. si vero intraret timebat
deum / victus tamen humana vere-
cundia intrauit ecclesiam. et
tamquam nichil sibi mali esset accidit /
factum est cum per vii dies in-
cederet. peccatum non curaret.
subitanea morte defunctus
est. Cumque sepulture
traditus esset, per longum
tempus cunctis videntibus.
de sepulcro eius flamma ex-
iuit / et tam diu ossa eius con-
cremauit. quousque se-
pulchrum consumeretur. et terra
sepulchri cum ossibus consump-
ta uideretur. In quo deus ostendit.
quid anima in seculo pertulit.